rellaturum praemium, si modo recipere velitis, omnem
se vestrae Excell: missuros, id quod vobis significandum
duxi. Quare vestram Excellen: rogo ut suam
mentem de hac re significet, cui etiam me
ac meos commendo. Deus conservet V. E. Ecclesiae
et nobis omnibus diu incolumem, Merseburgi
altera post Circumcisionis 1548.

V. E.

DD: Georgius Maior

Reverendissimo in Christo, domino, Domino Nicolao
Episcopo Numburgensi domino suo observando.

Venerando et doctissimo viro D. Georgio Maiori sacrae
Theologiae Doctori amico suo amantissimo.

S. Gaudeo mi ~~Georgi~~ chariss. Georgi vitam tuam
tibi restitutam esse, sed plus ~~de~~ gaudeo quod hanc
gravissimam tentationem vicisti, quam ex morte
charissimi filij tui accepisti, Dominus enim te visitasset
ut fidem tuam probaret et exerceret.
Argentum enim nisi ignem saepius perferre
probari non potest, sic iam fides tua, cum hic morbo
corporis tui, et ~~[illegible]~~ morte filij utpote adfecerit
[illegible], sed multis ignibus [illegible] examinanda

31. 54

donec probetur, sed hic tempus et faveris, Dominus
enim est adiutor in opportunitate.

Ago gratias Dno Rectori et ceteris dominis,
ago et gratias tibi, pro vestra bona voluntate in me,
Quod si mihi remunerabunt ~~[illegible]~~ hos redditus, certe
indigenti numerabunt, Ego profecto non unum
nummum, ut grossum quidem per annum habeo,
sed deus dabit tempore suo omnia. Vive mi charissime
et tota domo tua feliciter Vinariae 8. Januarij
1548

T. V. Amsdorffius

Venerando et doctissimo viro D. Georgio Maiori sacrae
Theologiae Doctori amico suo amantissimo.

Comitia Augustana convenient nobis utroque.
Hec quae experti sumus mala, fuerunt initia dolorum,
nec harum malorum video finem Nisi deus glorioso
suo adventu nos liberaverit. Principes Germaniae
perdiderunt sua privilegia, suam libertatem, gloriam,
honorem, sua iura, et suam electionem, Nam
Germaniam in perpetuam haereditatem suo filio
dabit Caesar, Id quod voluerunt Marchiones et
Mauritius. Germania quoque perdet verbum Dei
Nam Principes in Concilium consenserunt, et
nullus eorum audet mutire contra Caesarem, qui
propter Romanam Curiam ut unus exciperet